

Bulla Cœnæ Domini.

¶ Quarta conclusio. Confessores debet
tē presentati & acceptrati ab Ordinariis pos-
sunt audire in illo Episcopatu vbi sunt præ-
sentati confessiones omnium fidelium unde
cunq; venientium: & illos absoluere ab om-
nibus casibus illis exceptis propter quos Se-
des Apostolica merito esset consulenda. Vi-
de Armillā. ver. Absolutio. §. 22. 23. &c. 25.

¶ Quinta conclusio. Confessores Ordini
num Mendicantium acceptati ab Ordinariis
in confessores secularium, dato non fuissent
acceptati secundum formam Clementinę Du-
dum, habent omnes gratias & priuilegia in
audientia confessionum ac si essent præsenta-
ti secundum formam Clementinę Dudum de
Sepult. Tabiena ver. Absolutio. i. §. 34.
se vidisse authenticam hanc concessionem te-
statur. Vnde Pater Noreña, & Pater Magi-
ster à Veracruce aduertunt, q̄ quando Fra-
tres vel Prelati petunt aliquam gratiam ab
Episcopis, q̄ semper petant sibi concedi in-
 nomine dignitatis, & usq; ad beneplacitum
sedis: quia talis gratia taliter concessa, est de
iure perpetua, ut habetur in cap. Si gratio
se, de Rescriptis in Sexto. Et Sylu. ver. Con-
fessor